



Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt III. De creaturarum magnitudine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

C A P V T I.

De tribus invisibilibus DEI, à quibus emanant omnia, quae sunt, Potentia, Sapientia, & Benignitas.

VERBUM bonum, & vita sapiens, quae mundum fecit, contempsito mundo conspicitur. Et Verbum ipsum videri non potuit, & fecit quod videtur. Rom. 1. videntur, & videntur per id quod fecit. Invisibilitas enim ipsius à creatura mundi, per ea quae sunt intellecta conficiuntur. Trias sunt invisibilis DEI, potentia, sapientia, benignitas. Ab his tribus procedunt omnia, in his tribus consistunt omnia, & per haec tria regnunt omnia. Potentia creat, sapientia gubernat, benignitas conservat. Quae tamen tria sicut in DEO ineffabiliter unum sunt, ita in operatione omnino separari non possunt.

Potentia per benignitatem sapienter creat, sapientia per potentiam benignè gubernat, benignitas per sapientiam potenter conservat. Potentiam manifestat creaturarum immensitas, sapientiam decor, benignitatem utilitas. Immensitas creaturatum in multitudine & magnitudine; multitudine in similibus, in diversis, in permixtis; magnitudo in mole & spatio; moles in massa & ponderi; spacio est in longo & lato, & profundo & alto.

Decor creaturarum est in situ, & motu, & specie, & qualitate. Situs est in compositione & ordine: ordo est in loco, & tempore, & proprietate. Morus est quadripartitus, localis, naturalis, animalis, rationalis. Localis est ante & retro, dexterorum & sinistrorum, sursum & deorsum, & circum: naturalis est in incremento & decremento animalis est in sensibus & appetitis: rationalis est in factis & consiliiis. Species est forma visibilis, que oculo discernitur, sicut colores & figuræ corporum.

Quid Qualitas est proprietas interior, quae ceteris qualitatibus percipitur: ut melos in sono, auditu aurium; dulcor in sapore, gustu fauci; fragranzia in odore olfactu natum; lenitas in corpore, tactu manuum.

Quid Virtus creaturarum constat in grato, & apto, & commodo, & necessario. Gravum est quod placet, aptum quod convenit, commodum quod prodest, necessarium sine quo quid esse non potest.

Nunc propositas partitiones à principio repetamus, & in unoquaque divisionis genere qualiter vel ex universitate creaturarum Creatoris manifestetur potentia, vel ex decoro sapientia, vel ex utilitate benignitas, perquiramus. Et quia immensitas prima fuit in partitione, prima est debet in prosecutione.

C A P V T II.

De immensitate divinae potentiae, quam perspicimus ex creaturarum multitudine.

DILIGENTER igitur audite & considerate facere arquit imfensam potentiam. DILIGENTER igitur audite & considerate facere arquit imfensam potentiam. Quia dicturus sum. Quando nihil erat, facere ut aliquid esse, qualis potentia erat? Quis sensus posse est comprehendere, quae virtus sit, de nihilo etiam unum aliquid facere, quamvis exiguum. Si ergo unum aliquid, quamlibet parvum, de nihilo facere, tanquam potentia, est, ut comprehendendi non possit, quanta existimanda est potentia, tam mul-

ta facere? Quād multa? Quot sunt.

Numerus stellæ cœli, arenam maris, pulverem terræ, guttas pluvias, pennas volucrum, squamas plicatum, pilos animalium, gramina camporum, folia sive fructus arborum, & cereorum innumerabilium innumerabilia numeris. Innumerabilia in similibus, innumerabilia in diversis, innumerabilia in permixtis. Quae sunt similia? Quae sub eodem genere continentur, ut homo unus & alter, leo unus & alter, aquila una & altera, honoriscope una & altera: haec singula, & cetera talia, in suis generibus similia sunt. Quae sunt diversa? Quae dissimilibus differtis informantur, ut homo & leo, leo & aquila, aquila & honoriscope: haec invicem diversa sunt. Quae sunt permixta? Omnia simul considerata.

Quomodo ergo in similibus infinita? quomodo in diversis infinita? quomodo in permixtis infinita? Audi. Homo unum genus est, sed unus homo non est; quis eos numerare potest? Leo unum genus est, sed unus leo non est; quis eos numerare potest? Aquila unum genus est, sed aquila una non est; quis eas numerare potest? Ecce in ceteris innumerabilibus innumerabilium rerum generibus, infinita rerum genera, & in singulis generibus infinita similia, simul vero omnia infinita innumerabilia.

C A P V T III.

De creaturarum magnitudine.

SED fortassis qui tota fecit, parva fecit, multa simul & magna facere non potuit; quanta tamen? Metire moles monium, tractus fluminum, spatia camporum, altitudinem cœli, profunditatem abyssi. Miraris, quia deficitis: sed melius deficitio miraris. Meditabitur de creaturarum immensitate, quasi seminarium quoddam jecimus; nunc ad contemplandam earum pulchritudinem transeamus.

C A P V T IV.

De earumdem pulchritudine in quatuor.

QUAMVIS multis ac variis modis creaturarum pulchritudo perfecta sit; quatuor tamen præcipue sunt in quibus earumdem decor constituit: hoc est, in situ, in motu, in specie, in qualitate. Quae quidem si quis investigare sufficeret, mirabilius in eis sapientia Dei lucem inventaret. Et hoc utinam ego tam possem subtiliter perspicere, tam comprenderem enarrare. quād possum ardenter diligere! Delectat enim me, quia valde dulce & jucundum est de his rebus frequenter agere, ubi simul & ratione eruditur lensis, & huiusmodi delectatur animus, & emulacione excitatur affectus, ita ut cum Psalmista stupeamus, & admirantes clamemus: *Quād magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti & alibi Delecta- Psal. 91. sti me in factu tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Quād magnificata sunt opera tua Domine! nimis profunda facta sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet, & stolidus non intelligit haec.*

Vniversus enim mundus iste sensibilius quasi quidam liber est scripus dicitur DEI, hoc est, virtute divina creatus; & singulæ creaturæ quasi figuræ sunt quædam, non humano placito inventæ, sed divino arbitrio insti tæ, ad manifestandam invisibilium Dei sapientiam. Quemadmodum autem illiteratus quis apertum librum videat, figuræ

ad